

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

Humphrey IV, son of Humphrey the Young. Donation document made out in favour of the 'leprosis Sancti Lazari juxta muros sancte civitatis Jerusalem' dated 21st April 1183. OSML/MA: Ms. fol.18 verso

- Transcribed in: A. de Marsy [ed.]. Fragment d'un Cartulaire de l'Ordre de Saint-Lazare en Terre Sainte. Archives de l'Orient latin, Ernest Leroux, Paris, Vol.2, 1884, no.II, p.121-163
- Transcribed in: Charles Savona-Ventura. The Order of Saint Lazarus in the Holy Land. Grand Priory of the Maltese Islands - MHOSLI, Malta, 2011.

21.iv.1183 Kingdon of Jerusalem	Humphrey IV, son of Humphrey the Young, with the consent of Renaud of Montreal and his mother Stephanie	Donation to the house of St Lazarus outside the walls of Jerusalem an annual rent of 20 besants obtained on the part of the custom tax of Acre.
---------------------------------------	--	--

*In nomine Patris, etc. Contra oblivionis incommodum inventum est literarum remedium, ut quod annorum volubilitate hominumque inbecillitate sepius memorie subtrahitur literarum beneficio revocet. Literis itaque commendamus quod ego, Hainfredus, filius videlicet domini Hainfredi juvenis, assensu et voluntate domini mei Rainaldi, principis terre Montis Regalis et Ebronensis domini, atque domine Stefanie mastris mee, uxoris sue, predictique honoris domine, dono et concedo leprosis Sancti Lazari juxta muros sancte civitatis Jerusalem manentibus, xx bisancios perpetuum singulis annis ad fundam Acon de assisia mea, quam a domino Balvino rege Jerosolimitano OS iure hereditario possideo, illis siquidem terminis recipiendos in quibus assisiam predictam recipio, et ut ceteri assisi ejusdem fundi. Hos itaque predictos xx bisancios dono et concedo iam dictis leprosis pro salute domini Philippi, avi mei, atque domini Hainfredi connestabuli, et domini Hainfredi, patris mei, et, ob redemptionem anime matris mee videlicet domine Stephanie, necnon et domini Rainaldi principis, sponsi sui, et anime mee omniumque antecessorum meorum, et, ut omnium orationum ac beneficiorum, que in prefata domo, ab omnibus tam infirmis quam sanis Deo famulantibus, fuerint vel de cetero fient, participes fieri mereamur. Sed, ut hec elemosina rata et inconcussa deinceps possit haberi, pagine presentis astipulatione sigillique domini mei Balvini regis OS impressione qui hanc ipsam elemosinam meorum precum*

## Order of Saint Lazarus: Primary sources

---

*interuentu benigne concessit, atque sigilli rnei munitione testiuique subscriptione confirmatur et corroborator.*

*Hujus rei testes sunt: dominus Guericus, Petracensis archiepiscopus; dominus princeps Reinaldus; comes Jocelinus; Guido, comes Goppensis; Hagne; frater Guido Hospitalis; Girardus de Beterras; Johannes de Broies; Seherius Juvenis; Seherius de Sancto Kabrahamm; magister Raimundus; magister David; Bricius, Senescallus; frater Willemus, qui scripsit hanc paginam. Factum est anno Domini M \* C \* LXXX \* IIII, idictione X<sup>o</sup>, mense aprilis, xj kalendas maii.*